



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

1. Tam Cereri Gratvs Qvam Spatiosvs Ager.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

perpetua est bullitionis. Ita Henricus de Hervordia, qui An. 1370. defunctus, & An. 1377. jussu Caroli iv. Imperatoris Mindæ præsentis exhumatus, & honestiori loco denudò sepultus, Mindæ in templo Patrum Dominicanorum quiescit. Chron. Mindense à Meibomio editum. pag. 119. Postea An. 1556. *sacrum hunc fontem* mira vi multis gravibusque morbis medendi inclaruisse, & magno externorum concursu celebratum narrat Ioan. Seilerus in Chron. Pyrmont. MS. cap. 3. Quem etiam nunc salubritate nobilem, viri Principes, ac Dynastæ complures quotannis certatim frequentant, non exiguo accolaram, & Ludensium præci-
prio emolumento.

TROPÆA CAROLI M. FRANCORVM REGIS IN CAMPO SINT FELD.

I. **T**AM CERERI GRATVS QVAM SPATIOSVS
AGER. Quamvis hic ager longè latèque patens
frumentis hodie abundet, fertiliores tamen segetes illie
olim provenisse credibile est, quando frequentibus pagis
habitatus diligentius colebatur; qui plerique omnes una
cum oppido Blankenroda Susatensi bello vastati, Theodo-
rico Coloniensi Archiepiscopo & Administratori Pader-
bornensi suum debent excidium. Tanti Ecclesie Pader-
bornensi, cuius Susatum nihil intererat, primum stetit con-
silium, potentiorem è vicinia Principem cooptandi; qui
hanc insuper gratiam Paderbornensisibus retulit, ut à Marti-
no V.

no V. Pont. Max. An. 1429. viii. Kal. Decemb. Pontif. ejus
 An. 13. clam impetratis *UNIONIS* literis, diœcesin Pader-
 nam Coloniensi conjungere & subiçere studuerit. Sed hæc
 illius molitio frustra fuit, siquidem Eugenius IV. Pont. Max.
 ab universis Paderbornensis diœcessis ordinibus de vero
 Ecclesiæ statu certior factus, hanc *Martini unionem* mala fide
 quæsitam, diplomate suo An. 1431. vi. Kal. Iulij Pontif. An.
 1. rescidit, & Ecclesiam Paderbornensem Antistitis sui frau-
 de circumventam in integrum restituat.

2. OLIM CAMPVS ERAT. Quem Vita Caro-
 li M. apud Pithæum. *Sinitfelt*. Annal. Franc. incerti aut.
 apud eundem. *Sinifelde*. Annal. Fuldenf. *Sinitfeldt*. Astron.
 apud Reuberum. *Sintfelt*. Adelmus. *Smetfeldum* pro *Sinet-*
feldum. Regino. *Finisfelt* pro *Sinisfelt*. Poëta Anonym. *Si-*
northfeld. Diploma S. Henrici regis IV. Id. April. An. 1011.
 datum, de Comitatu Hahold Comitis venerabili *Meinvverco*
Epis. Paderborn. donato, & sito in locis *Haverga*, *Limga*, *Thiat-*
malli, *Aga*, *Paterga*, *Treveresga*, *Langeneka*, *Erpesfelt*, *Silbi-*
ki, *Matfelt*, *Niterga*, *SINATVELD*. &c. Item literæ Theo-
 dori de Herse An. 1445. de donatione bonorum in devastatis
 pagis, & marcis in *SENTFELDE*, in *Haren*, *Knickenhagen*,
VVulfsen. Et literæ Stephani, Geraci, & Theodori de
 Malsborch, de decima vastati pagi *Ostelrein* in *SENTFELDE*
 An. 1481. date, *SENTFELDE* appellant. Vnde, cum hodier-
 num nomen *Sentfelt* ab antiquo parùm discrepet, miror Rei-
 nerum Reineccium eruditissimum cæteroquin scriptorem,
 & Paderbornensium locorum, utpote qui Steinhemij ad
 Ambram natus fuit, haud dubiè gnarum, in notis ad Poë-
 tam Anonym. *Sennam*, Paderbornensis & Lippensis ditio-
 nis vastum desertum, pro *Sintfelt* interpretatum. Pari errore
 labitur